

non poena corporalis: ego tamen contrarium credo... de veris, ut ibi dixi, ad l. fin. §. sed cum anti...

10 Alterius quoque, nunquid secundum jus novissimum (m) posthumus possit à patre exheredari? Respon. quod non. Ita tenet gl. in l. maximum...

ADDITIONES.

1 Videndum est, quae sint illae causae, propter quas filius potest à patre exheredari. Justinianus Imperator...

7 Secunda exheredationis causa est: si gravem & inhonestam injuriam liberi parentibus ingesserint. d. Novell. 115. cap. 3. §. 2. Liberi enim parentibus honore...

8 Intelligitur autem injuria verbalis. Tum quia hoc arguit verbum, ingesserit. Sie inquam mala multa, hoc est, maledicta, inquit Terentius, & Plautus. Et in codice Holoandri legitur: atrocam & indecentem consulationem ingesserit. Tum quia praecedens cau...

sa de injuria reali concepta est. Ita argumatur Alexand. cons. 202. lib. 2. n. 1. 2. & 3. dum scribit: quod ista verba d. e. 3. §. 2. exemplificanda sunt in gravi injuria verbalis, non autem in actu vulnerandi, aut fustibus caedendi: quia haec sub prima cauda comprehenduntur. Tum quia intellectum hanc urget vericulus glossae: Si patrem feriat, vel maledicet ei: & magis aperte Joannus de Platea: Patres feriat, vel verbum si grave dicat. Tum denique idem evincitur ex d. l. 1. §. 2. & 3. ff. de objeg. parentibus, & patron. presbnd. ubi Ulpianus injuriam verbalem à reali perspicue distinguit. Non ergo dubitandum est, quin gravis & inhonestae verborum injuria (puta si quis parentem appellaverit proditorum, &c.) sit sufficiens causa exheredationis.

11 Tertia causa exheredationis est: si liberi parentibus in criminalibus causis accusaverint. Quia tum officio liberorum deposito, inimicorum officio funguntur. Exciipiuntur cae causa quae Principem, & Rempublicam concernunt. dicitur. Novell. 115. cap. 3. §. 3. Unde Constantinus Armenopolis avertisit, liberis posse parentes suos accusare laesa Majestatis. lib. 1. Epitom. tit. 6. Porro civiliter filium adversus patrem impune agere, jusque suum per sententiam obtinere posse non dubium est, argum. l. nullus. 55. l. fallum. 155. Et l. qui in jus. 177. in ff. de reg. jur. l. injuriam. 13. §. 1. ff. de injur. l. prohibere. 3. §. plane. 4. vers. hoc ita verum est, ff. quod vi aut clam. etiam patet fortassis dicat inique contra se judicatum esse. Id enim non fit, sed iudici imputandum erit. l. argentinus. 10. §. cum autem. 3. ubi, aut de iudicio queri debet, ff. de iudicio, lib. 1. §. consilio. 29. n. 63. Quod autem, si liberi in criminalibus fronte dixerint testimonium, advocatumve egerint, aut iudicis personam sustulerint, sententiam iniquam per impetritam tulerint adversus parentes; nunquid propterea exheredari poterunt; Et licet id adstruat, post alios à se citatos, Didac. Covarr. in d. cap. Raymatius 16. in princ. num. 11. de iur. mens. Gilkenius in causant. non licet, num. 23. C. de liber. praeserit. contrarium tamen veniat magis addit. Tum quia Justinianus hanc, cum legitimam exheredandi causam, non excepisse in dicit. Novell. 115. c. 3. §. 7. Tum quia expressisse non dicitur, qui talem egerit, secundum gl. in l. qui, cum major 14. §. ne cujusse 8. ff. de bonis liberorum, vel advocatum. d. l. 34. §. si patroni 9. ff. eod. l. inter officium 54. ff. de rei vindicat. vel iudicem. Andreas Gerardus de testam. diff. 5. th. 27. in fin.

14 Quarta exheredationis causa est: si liberi cum maleficis hominibus, ut malefici, versentur. Non enim sufficit, ut quis in itinere, aut hospitio inter maleficos reperiat: sed necesse est, ut inter eos sit latrociniis societas. d. Novell. 115. cap. 3. §. 4. & facti Novell. 22. c. 15. §. si igitur. vers. aut latrociniis scilicet vitam, &c. & l. vim passim. 39. §. multoties. 4. ff. ad. l. Jul. de adulter. Malefici tamen hic non quivis malefactorum in genere, sed proprie illi intelligitur, qui in latrocinationes, vel magicas artes, aut veneficia perniciose exercent, ut docet Covarr. in d. cap. Raymatius. 16. in princ. n. 12. de testam.

15 Quibus non fit immerito annumerantur Empirici illi Medici, qui conceptis precum, & verborum formulis, desperatam sanitatem recuperari jactant, & vanae gloriuntur. Eujacemodi liquidem incantationes, admirumutationes, & insurrectiones Vulpianus quoque Jurisconsultus non obfure damnat, l. 1. medicos 3. ff. de extraord. cognitionibus. Quin & Imp. palam isthaec remedia exterminat. l. eorum 4. C. de malefici, & mathematici. Canones vero ab Ecclesie consorcio segregant eos, qui in collectionibus herbarum crimina dicunt, quive

quive characteres aegrotis ad sanandum apponunt. Can. nec mirum 14. §. adhaec omnia. caus. 26. quast. 1. Can. illud 6. caus. 26. quast. 2. Can. admonenti. 15. & seq. d. caus. 26. quast. 7.

17 Quinta causa exheredationis est: si liberi vitae parentum suorum per venenum, aut alio modo infidari tentaverint, dicitur. Novell. 115. cap. 3. §. 5. Haec tamen major potest esse ingratitude quam illius vitae alicujus infidari, à quo vitam accepit. Unde Orestes apud omnes mortales laudem, & gloriam sempiternam consecutus dicitur, quod illum occidisset, qui prius patrem interfecerat, referente D. Obrecht disp. 20. th. 703. Notantur autem Justinianus ait, tentaverint. Quomodo tamen filium parasse venenum, etiam non secuto homicidio, sufficit. Nam & lege Pompeia de parricidiis, & lege Cornelia de scariis talis tenetur, l. 1. in fi. ad leg. Pompon. de parricid. l. ejusdem 3. ad l. Corn. de scar. Covar. ad d. c. Raymatius 16. n. 13. extr. de test. 20.

20 Sexta exheredationis causa est: si filius noverca sua, aut concubinae patris se immiscuerint. d. Novell. 115. cap. 3. §. 6. Privigni namque cum noverca conditione incestuosa est. leg. nemini 12. C. de nupt. Et concubinae patris constitutivae filius in tantum abstinere debet, ut nec uxorem eam ducere, si maxime velit, possit, l. liberi 4. Cod. eod. rth. Istiusque delicti fit mentio in l. divus Hadrianus. 5. ff. ad l. Pomp. de parricid. 2. Samuel. 16. v. 22. & Reg. 12. v. 17.

23 Septima causa est: si delatores contra parentes extiterint filii, & hac sua delatione gravia eos dispendia fecerint sustinere. d. Novell. 115. c. 3. §. 3. Debet enim liberi parentes defendere: non ut offenderent, anam prebere. Huoque pertinet textus in l. si quis à liberis. 5. §. idem iudex. 11. ff. de agnoje. Et attend. liber. ubique Accursum. Quantum vero dispendium illud esse debeat, iudicis arbitrio relinquitur, argum. l. 1. §. ult. ff. de iur. deliberand. c. de causis. 4. cap. de offic. & post iudic. deleg. Rip. in l. fi. qu. 24. C. de revocand. donat. Covar. ad d. cap. Raymatius 16. num. 14. vers. secunda, &c. Quid igitur, si aliter, quam per delationem, grave dispendium parentibus à liberis inferatur? Cum textus in d. Novell. 115. cap. 3. §. 7. utrumque coniungat, nec delationem absque dispendio, nec dispendium absque delatione sufficere, non absurde supponi dixerit. Gerhardus praedicta disputatione quinta, thes. 11.

25 Octava exheredationis causa est: si liberi masculi (ad quos hoc singulariter restringitur) pro parentibus carceri inclusi, sedebere recusaverint. d. Novell. 115. cap. 3. §. 8. Nam t. tot. rth. C. ne filius pro patre, &c. tamen ubi parentem in vincula concipi videt, certe omnia potius sustinere, quam illud pati debet. Atque hoc non solum de patre, sed debitum pecuniarium incarcerato, sed de omni etiam, qui sub fideiussoribus relaxari potest, exaudiendum erit. Tum quia Imperator in d. §. 8. simpliciter utitur verbo, inclusum. Tum quia subdit, pro persona, vel pro debito. Tum quia vanus exheredationis metus inferri ab eo, qui totus obstratus detinetur. Diligenter autem notandum, quod Justinianus in d. §. 8. addit haec verba: petra ab eo, vel unus ex his in sua eum nolent fideiussione suscipere &c. Ex quibus non difficile colligitur: ad hanc exheredationis causam justificandum necessum esse, auxilium fuisse à filio peritum, & tamen patri denegatum, ut concludit F. cons. 29. n. 54.

27 Nova exheredationis causa peribuerit: si liberi parentes suos testati prohibuerint. Quod si ex hac causa parentes filium non exheredaverint, utpote quia postea nunquam eis contigit posse facere testamentum: nihilominus * ei tanquam indigno hereditas auferretur, & filio vindicatur, dicitur. Novell. 115. cap. 3. §. convicatus 9. l. ff. si quis aliquid testari prohib. l. 2. C. eod. Paul. lib. 5. sent. tit. 12. Quod si duo fuerint fratres, & alter parentem supremam mentem suam declarare impedierit, testibus aditum interducenti, solemniter perageat, tamen alter vero malitiam hereditatem patris testamento capessere, neque libertatem testandi remoratus fuerit: nihil virile portionem capiet, & illius perveritas suum iure necabit. l. si quis dolo. 2. §. 1. ff. si quis aliquid testari prohib. Ceterum si filius, patre vivente, pacifice de hereditate patris, eo non contentente: ex hac causa non poterit exheredari, ut ex Pursupato in l. fi. C. de pati. nu. 18. notat Covar. ad cap. Raymatius 16. in princ. n. 14. in fin. de test.

29 Decima exheredationis causa est: si * praefer voluntatem parentum liberi feriantur, vel minimis conjunctis Jul. Clar. Sentent. Pract. Civil. Tom. I.

rimè dicit. Novell. 115. esp. 3. §. §. prater. 10. Quia nihil honestis parentibus solet accidere ingratis, quam si videant liberos suos inhonestis delictari consortibus. Nec immerito. Quales enim sunt ii, quibus tam liberi versantur, tales & ipsi preculibulo fieri, & tales quoque parentes à plurimis iudicari solent. Dn. Obrecht. disp. th. 711. & seq.

Undecima causa censetur si filia aut neptis parentibus, maritum & eodem congruam offerentibus, non confenserit, sed luxuriosam vitam deperere maluerit. Turpis enim vita exheredationem meretur, d. Novell. 115. c. 3. §. si alienat 11. leg. si filiam 19. C. de inoffic. test. Nam etsi filia impune nuptias à parente oblatas detrectare possit, l. cum se pietatis 18. C. l. filia 20. C. d. rth. id tamen ea de causa nequit, ut luxuriosam vitam eligat. Hanc etenim vitam si conjugali praerulerit, recte, ut ingrata, exheredationis fulmine feriri poterit: nec ei quereia inofficiosis competit, d. l. si filiam 19. C. eod. Quod * si vero filia viginti quinque annos excesserit: & dum parentes ei honestam nubendi conditionem non quaerunt, forte in corpus clam senel atque iterum peccaverit: non poterit exheredari: cum non sua culpa, sed parentum id commississe cognoscatur. d. Novell. 115. cap. 3. §. 11. vers. si vero usquam Auth. sed si poss. inde desumpta. C. de inoffic. testam. Ceterum si filia non clam, sed palam turpiter & flagitiose, adeoque more meretricio vixerit: merito exheredabitur, d. l. si filiam 19. C. eod. Et ita tenet quoque Clarus nosser hic num. 4. Verum de ista exheredatione C. de liber. prater. n. 20. & seq.

At quid, si * filius sine patris consensu nuptias contraxerit: anne idcirco exheredari poterit? Et verissimum est, cum, five major, five minor sit viginti quinque annis, istam ob causam exheredari non posse: eo quod totus dicitur §. 11. c. filia duxitaxat fit conceptus, foeminino * autem sermone filium masculinum comprehendit, exemplo pessimum est. l. si ita scriptum 45. in princ. ff. de legat. 2. l. servit 81. in princ. ff. de legat. 3. Coed. ad l. 1. n. 61. ff. de verborum significacione. Excipiendus tamen videtur casus, quo filius ad turpem & inhonestam personam se applicaverit, i. §. si emancipatus 5. ff. de honor. poss. contra tabulas. d. Novell. 115. cap. 3. §. 4. & 10. Et ita in terminis tradunt Bald. Novellus in tractat. de dote parit 6. primum. 16. n. 6. Joan. Borchol. in tractat. de gradat. pag. 70. Graffius lib. 1. recepit. sentent. §. testamentum, quast. 42. n. 6. Boscheus lib. 2. de nupt. n. 16. Brunell. in tractat. de sponsalib. concl. 17. n. 2. Emanuel Soarez. in thesaur. receptar. princ. lit. E. n. 285. pluresque alii quos congestimus ad sententiam istul. Insist. de nuptis, n. 43.

Decimatercia causa est: si liberi parentum suorum curam competentem non praebuerint. Et certe, t. si filius, vel filia curam furiosis parentibus nullam haberit: postea sanitate recepta, filius iure exheredari poterit: vel si in ipso furore patens decesserit intestatus, aut mutato testamento, quod ante furorem fecerat, in quo filium, aut extraneum heredem scripserat, qui postmodum testatorem furore correptum non procuravit: heredi legitimo, vel testamentario hereditas, quasi indigno, auferretur; & non effeo, sed extraneo applicatur, si quis sit, qui pietate vel misericordia motus, testato furioso istius curam susceperit. d. Novell. 115. cap. 3. §. 12. & authent. liberi furiosi. C. de episc. audit. Cujac. ad Novell. 18. post. medium.

Decimatercia causa est: si liberi patrem captivum redemerint. d. Novell. 115. cap. 3. §. 13. Caprivum hic intelligimus ab hostibus. Etenim t. liberi, qui parentem captivum ab hostibus non redimunt, ab eo postliminio revere exheredari iuste possunt; vel si patrens apud hostes decesserit, hereditas liberis, imo generaliter legitimis omnibus, vel testamentariis hereditibus, si forte ante captivitatem testamentum fecerit, quod lege Cornelia confirmatur, eo mortuo apud hostes: his, inquam, omnibus, si negligenter fuerint in redimendo captivo, hereditas auferretur quasi indignis, & Ecclesiae non fisco, applicatur: ea condicione, ut quicquid ex hereditate pervenerit, in redemptionem captivorum infamatur: ut, unde ille à suis non est redemptus, aliorum redemptioni procurerit, & ita poena quodammodo aequalis, five proportio servetur. Ac sane adeo hic liberandi filii, five proportionem reddunt, ut minores 25. annis, maiores tamen octodocim, possint in hunc finem mutuo accipere pecuniam, resque suas proprias, vel parentis quoque mobiles, aut immobiles, F 3 etiam

etiam absque decreto pignori obligare. Et contractus hujusmodi, ac si a persona sine potestate, & legitime...

40 Decimaquarta & ultima exheredationis liberorum causa est, si filii liberi fuerint heretici, pater vero catholicus d. Novell. 15. c. 3.

41 Item heretici modo patri succedant; & si fortasse liberi non sint Christiani, ut succedant agnati Christiani.

Etiam de illis causis habetur, & per gloss. in c. quintarialis, de jur. jur. que quidem causae omnes procedunt invito filio; ut per...

42 Nuncquid filius possit tantum propter illas XIV. causas vel aliquam ex eam exheredari. Exheredationem...

43 Atque haec opinio licet frequentioribus Doctorum suffragiis sit confirmata; ac probe ab ea in practica non esse...

44 Tertia, quod si pater in ultima voluntate sua, legatarius non sit, sed legatus, legatum non potest exheredare, si...

instrumenti, legat. l. 1. ibique Dec. nu. 21. ff. de rep. jur. Atqui regula est, quod parentes teneantur liberis suos heredem instituerentur; cujus exceptiones quatuordecim...

Tertio, quia valde absurdum est, si cum Justiniano modo recitatis verbis proficitur, si causae, ex quibus liberi ingratii judicentur...

45 Quinto quoque ex utriusque filii textibus relict, quod non esse interpretatione adjuvanda, ut extendenda, sed potius restringenda, si per gloss. 32. & l. interpretatio, 42. ff. de pon. cap. 10. & cap. in pontis 49. de reg. jur. in 6. Exheredationem...

50 nem admittendam. Denique hanc sententiam recentiores interpretes perique defendunt, Franciscus Connan. in commentar. jur. civil. cap. 10. num. 6. Viglius in §. fin. num. 8. Insuper de exhered. liberor. Pichardus cons. 46. num. 5. volum. 1. Treutter. disp. 13. the. 8. volum. 1. D. Obrecht. disp. 20. the. 752. cum sequentibus. Theodorus Marcellius in §. primo, Insit. de inoffic. testam. Fortier. Junior lib. 2. disp. 22. the. 28. Armaeus Exercit. 10. th. 3. Andreas Gerard. decad. 8. questio. 7. Wegner. disp. 7. th. 5. ad liter. ff. in coronid. Claudius in tract. de sequest. cap. 4. n. 39. & cap. 4. n. 109. cum seq. Taulus Berens, disp. 6. ad Inst. them. 1. quest. 1.

Hanc sententiam non obstat hoc argumentum: Ex quo quibus causis filius potest exheredari, ex istisdem etiam potest vasallus feudo privari; cap. 1. §. 2. vers. praeditis motus. Quia sicut prima causa, benefic. comm. libr. 2. Foulidor. tit. 24. At in privatione feudi possunt istae causae...

Adde, quod potest exheredari filius etiam, qui patrem infirmum non bene curat, vel ad perfectionem; ut quia ut medicum, quem habere potuit, haud conducit, vel si conducit, haud conducit bonum...

Quod sic, Angel. de Aret. in §. 1. Insit. de nupt. n. 5. Graech. (f) Commissio. Nuncquid filia clam contrahens matrimonium possit a patre exheredari? quod sic, vide per Duen. reg. 37. & hoc adde ad Auth. sup. vol. in vers. sed quid sit filia. Graech.

51 Nuncquid talis filius, postquam factus est furiosus, possit a patre exheredari. Quod furiosus ex iusta causa ingratus dicitur, ante furorem commissio, exheredatio possit, post Bostolum hunc statutum, tradunt Ferdinand. Valquies de success. invari. §. 2. n. 266. & §. 17. n. 113. de success. progress. Michael Grassi lib. 1. recept. sentent. §. testa. q. 42. nu. 13. & Thad. Pifo lib. 2. var. resolut. c. 9. nu. 10. Harp.

(h) Resp. quod sic. Contrarium hujus lib. 1. opi. nu. 131. vide Tiraqu. tract. de pect. caus. 3. Govean.

52 Egit vivo ipso patre penitentiam ante testamentum ab eo condidit. Quamquam communiter existimant Doctores ingratitude commissam tolli, neque causam praebere exheredationi, si filius vivo patre, & ante testamentum ab eo condidit, penitentiam illius criminis egerit, ut post Clarum nostrum & alios, docet Grassi d. q. 41. nu. 9. cum seq. & Pifo d. c. 6. nu. 8. contrarium tamen verum non sine ratione videtur.

53 Non tollit, qui est pater, post delictum patrum penitentiam, si per gloss. 6. ff. de furt. l. penult. ff. de honor. raptor. l. quid sit fugitivus, 17. §. 1. ff. de edict. edict. Tum quia non excusat penitentiam, cum alter jam est laesus, ut post Baldum in l. si quis non dicam rapere, §. C. de episc. & cler. tradit Menoch. de arbit. jud. lib. 2. centur. 4. casu 260. n. 13. Tum quia pater presumitur in eodem modo durasse, nec animum exheredationis mutasse. Bald. cons. 122. n. 8. Eochin. lib. 6. controvers. jur. cap. 80. Sed quid, si filius post injuriam parenti factam, et reconciliatus fuerit, nuncquid exhereditatio locum habeat? In resolutione hujus questionis Doctores mire variant. Quidam enim exheredationem non cessare, licet filius in gratiam patris redierit, opinantur. Aret. in l. filio, quem pater. 23. ff. de liber. & posthum. heredit. institu. Gerar. sing. 2. Curt. jun. in auth. non licet. n. 8. C. de liber. prout. Alii contra exheredationem locum amplius non habere consent. Bart. in l. 3. §. ult. ff. de admind. vel transvend. l. 6.

gat. Jas. in d. auth. non licet. C. de liber. prout. Grassi d. §. testam. q. 42. n. 11. Thad. Pifo d. lib. 2. c. 9. n. 9. Fachin. d. lib. 6. c. 99. Armaeus Exercit. Jus. lib. 10. th. 5. & Hillig. in Donall. evocatur. lib. 6. c. 12. ad lit. M. Nonnulli distinguunt, an remissa vel reconciliatio praecedat exheredationem; & hoc casu sequi non possit exheredationem, an subsituta fuerit; & tunc exheredationi locum esse contendunt. Lancelot. & Purpur. in l. ult. C. de post. Alii denique alias distinctiones afferunt, ut Covar. in cap. Raptivus. 16. in princ. num. 17. est. de test. Paulus Busus ad rubr. ff. de liber. & posthum. heredit. institu. nu. 7. & Valsq. lib. 3. de success. creat. §. 20. n. 201.

Mibi Bartoli, & ejus affeclarum sententia, supra secundo loco relata, haud absque ratione evidenter arridet: quod videlicet in proposito casu exhereditatio simpliciter locum non habeat. Est etenim exheredationis illae praecipuus finis, ut injuria parenti facta, ac vindicetur; & liberi obediens ab inobediens, quasi parentur: cum obediens parentum hereditatem suis obsequiis magis sibi confirmat: inobediens vero se illa indignos faciant. Ideoque cessante exheredationis causa, quae scilicet in injuria parenti illata consistit; & ipsam exheredationem, tanquam effectum, cessare necesse est, argum. l. adgere. 6. §. quomvis ff. de jur. patron. leg. 1. in princ. C. de latin. libr. toll. cum casu, 60. non. de appellat. §. Deinde culpa est expressio in testamento nominatim facienda eius a testatore. d. Novell. 115. cap. 5. in princ. & §. si quis de praeditis. 14. vers. siue ingratu, & cap. 1. §. si talis 9. At culpa hic exprimi nequit, quia remissa est; adeoque pro non culpa habetur, §. fin. Insti. de injur. Accedit textus in d. l. 3. §. ult. penult. l. §. de admind. vel transvend. legat. ubi dicitur, si inter legatarium, & testatorem inimicitiae exorta fuerint, & quae postmodum remissa, legatum debet. Ergo multo magis hereditas filio debebitur, si injuriam parens ei remisit: cum facilius liberis parentes quid condonent, eosque majori amore prolequantur, quam legatarios, ut plurimum extraneos, & non tam arcto vinculo illi conjunctos: cum & liberis alias ratio naturalis, quasi tacta quaedam lex, parentum hereditatem deferat. l. cum ratio. 7. ff. de bon. damnator. Praeterea novissimum voluntatem sequendum esse, rescripsit Alexand. Imp. in l. in ipsius mariti. §. C. fami. creiss. Atqui isthaec novissima est patris voluntas, ne filius exheredetur. Quod licet scriptura probari non possit: quia tamen aliis rationibus doceri nihil impedit, nimirum injuriam remissione; & quia talia merito liberorum deprehendantur, ex quibus parentum ita mitigari queat d. l. 5. C. eod. merito acquiritur contentio esse affirmativa, filium, non obstante exheredatione, patrem hereditatem nostro in casu sibi vindicare posse.

54 Decisions hic non repugnat textus in d. l. filio, quem pater. 23. ff. de liber. & posthum. heredit. institu. ubi Papinianus scripsit, quod si filius exheredatus emancipetur, deinde iterum per adoptionem in patris potestatem redipatur, ei necesse exheredationem. Nam quomodo exhereditatio huic filio nocet, Papinianus non declarat. Quare supplendum & interpretandum est, ut nocet quoad denegandum honorem possessionem contra tabulas: item quoad jus dicendi nullum denegandum, non autem quoad excludendum inofficium querelam, quemadmodum uberius explicat Ferdinand. Valquies lib. 7. controvers. illust. c. 106. n. 23. Harp.

(k) Exheredari. Et quod revocatur praecedens ingratitude per subsequentem notabilem gratitudinem, dixi sup. Graech. (l) Ita dixit Alexand. Adde Emen. ad Cost. l. cum tale §. si arbitratu, nu. 189. ff. de condi. & dem. Soar. vol. 1. commun. opin. in verb. exheredatio, & quid sit inter patrem & filium post exheredationem secuta sit reconciliatio. Vide Gerard. sing. 2. Jas. Auth. non licet. C. de lib. prout. Vide Covar. in §. Raynis. n. 17. Govean.

(m) Posthumus. Sed quid sit exhereditatio simpliciter facta fit de posthumis, ac comprehendit posthumos ex futuro matrimonio? vide & dic, ut per Ang. de Aret. in §. posthum. institu. de exhered. liber. nu. 3. Castr. cons. 28. Graech.

Nuncquid secundum jus novissimum posthumus possit a patre exheredari. Quamquam multi existimant, posthumus hodie non minus, ac olim, exheredari posse. Franciscus Connan. in comment. jur. civ. cap. 10. Alciac. lib. 4. paradox. cap. 10. Donell. in auth. ex causa. C. de liber. prout. & lib. 6. Commentar. de jur. civ. cap. 13. ibique Illiger, in juri. notar. ad lit. E. Valquies de success. F 4 success

successione. *creat. lib. 2. §. 20. p. 3. requisit. 29. declarat. 3. non. 191. D. Bocer. de M. 6. disput. 39. thes. 32. edit. 2. Jul. Pac. cent. 5. qu. 86. Andreas Gerhard. decad. 8. quest. 6. Duaren. ad tit. de inoffic. test. cap. 6. Schickardus disput. 8. thes. 1. quest. 6. Arumus Exercitat. Justin. 10. tit. 6. Matthias Stephani cent. 2. quest. 67. Ad lib. A. Henon. disput. 7. controvers. 26. Treutler. vol. 2. disput. 11. th. 1. liter. F. Cramer. disceptat. 12. post. 6. Schroterus diatrib. domesticar. decad. 8. quest. 4. & alii; contrarium tamen, tanquam verius & equius, amplius sunt, ultra Clarum hic nostrum, Doctores plerique, Accurs. & ceteri in l. si quis 33. §. lecis 1. super verbo existimari C. de inoffic. testam. Michael. Grass. libr. 1. recept. sentent. §. testamentum, quest. 42. num. 14. Cujacius ad l. placet. 4. ff. de liber. & posthum. hered. instit. Petrus Gregorius lib. 44. synagm. jur. univers. cap. 3. num. 5. & 17. Lortot. in tractat. de exheredat. axiomat. 7. & 8. Hackelman. quest. illustr. disput. 6. thes. 4. lit. A. Schneidevianus in §. posthum. 1. n. 2. Instit. de exheredat. liberor. Borcholt. ibidem nu. 4. Petrus Heigius num. 5. Mvnsinger. nu. 7. Viglius num. 9. Nonius num. 13. Vultejus nu. 14. & plures alii: quibus novissime ad stipulatur Erasmus Ungebar. Exercit. Justin. 12. quest. 1. Hæcque sententia hoc potissimum fundamentum nititur: quod nulla exheredatio sine elogio, id est, appositione, & probatione cause ingratitudinis procedit d. Novel. 115. cap. 3. in princ. & §. ult. vers. si veititur omnes. Et ubi prohibentur parentes liberor. suos quoscunque, sicque etiam posthumos (siquidem hi nomine liberorum comprehenduntur. §. fin. Instit. qui testam. tutoris dari poss. & l. nomen filiarum. 164. ff. de verb. significat. maxime quando de commodo ipsorum agitur. l. qui in utero. 7. & 26. ff. de statu hominum l. quod dicimus 231. ff. de verb. significat.) sine nominata ingratitudinis causa exheredes in testamento suo facere. Atqui elogium, five ingratum vitium merito suo facere. Atqui elogium, five ingratum vitium merito suo adscribi nequitam potest. arg. d. l. si quis posthumo 33. §. 1. C. de inoffic. test. Si ergo posthumus de facto exheredatur: exheredatio ista ut simpliciter contra legis formam facta, pro nulla habetur. argum. 1. non dubium. §. C. de legib.*

61 Non adversatur huic sententia quod etiam olim posthumus exheredari poterit, l. posthu. 3. ff. de inoffic. test. irr. fact. testam. l. si posthumus. 14. in princ. ff. de lib. & posthu. d. §. posthumus. 1. Instit. de exheredat. liber. ubi tamen non minus opus fuit causa expressione, quam hodie, l. cum ratio. 7. in princ. ibi, nisi meritis de causis, ff. de bonis damnator. Nam respondetur: olim quidem sine causa exheredationem fieri non potuisse: verum hodie hoc amplius dispositum esse, ut non quælibet causa ad exheredationem sufficiat, sed causa iusta, ac determinata, & specialiter testamento inserta, eaque ab herede probata esse debeat: cum olim non ita, quemadmodum hodie, causa determinate fuerint. d. Nov. 115. c. 3. ubi duntaxat 14. referuntur ingratitudinis cause, ex quibus cum nulla posthumo adscribi queat, consequens est, illum hodie exheredari nequaquam posse. Idque explanatus ostendit in d. §. 1. Inst. de exheredat. lib. nu. 11. & seq. HARP.

QUESTIO XLII.

SUMMARIA.

EX CLARO.

- 1 Testamentum, in quo filius est prateritus, est ipso jure nullum.
- 2 Quid in emancipato.
- 3 Et quid in testamento militis.
- 4 Et quid in filiis naturalibus.
- 5 Et quid in legitimis.
- 6 Et quid in filia femina.
- 6 Et quid si sit exclusa a statu.

EX ADDITIONIBUS.

- 1 Heredis institutio, caput, & fundamentum testamenti.
- 2 Testamentum, in quo filiusfamilias est prateritus, ipso jure nullum.

- 3 Cur filiusfamilias vel instituendi sui, vel exheredandi.
- 4 Duo iuris rei domini, vel possessores in solidum esse non possunt.
- 5 Testamentum, in quo non est institutus filiusfamilias, nullum censetur, licet filius ante patrem moriatur.
- 6 Quod ab initio vitiosum est, tractu temporis convalescere nequit.
- 7 An in emancipatis jus vetus, quod eos praterire permittit, hodie sit sublatum.
- 8 Nihilquid filii naturales prateriti possunt testamentum dicere nullum.
- 9 Quid obtineat in legitimis.
- 10 At quid, si filia exclusa sit, a successione per statum.

H Abes ergo ex præmissis questionibus conclusionem, quod testamentum, in quo filius (a) est prateritus, est ipso jure nullum: & de hoc est text. expressus in l. inter cetera ff. de liber. & posthu. & intellige prateritum (b) eum, qui in testamento non est institutus, neque nominatim exheredatus, etiam quod de eo in testamento est alio modo facta mentio. Ita dicit Bart. in Auth. causa. n. 10. C. de liber. prater. & est communis opin. ut ait Curt. jun. in d. Auth. ex causa posthu. 36. vers. Circa primam. dixi sup. q. 38. in princ. Cum enim lex requirat per forma, ut filius nominatim sit institutus, vel exheredatus, ut dixi supra quest. 38. merito quando est prateritus, ex defectu formæ, testamentum ipsum corrumpit. Et hæc est communis ratio, ut dicit Porc. Inst. de exheredat. lib. in princ. n. 3. in fin.

Et hæc quidem conclusio sine controversia procedit in filio (c) potestate. Nam ejus prateritio proculdubio reddit testamentum omni jure nullum d. l. inter cetera. & est communis opi. ut attestatur Jas. in l. 3. §. si posthu. n. 12. vers. secundo limita ff. de lib. & posthu. & in hoc nemo dubitat. Sed quid in (d) emancipato? Resp. quod in hoc proposito maxima est differentia inter filium in potestate, & emancipatum. Nam si filius emancipatus sit prateritus sine infertione causæ, valet testamentum merito jure, sed potest per honorum possessorem contra tabulas impugnari. Ita dicit gloss. quæ in hoc proposito reputatur singularis in §. exheredatus. in verbo Noluit, in Auth. de hered. & Falc. qui dicit esse commun. approbatam Jason. in d. Auth. ex caus. post n. 8. vers. An autem. C. de liber. prater. Crot. in repet. l. Gallus §. & quid si tantum. n. 102. Dec. in l. sicut certi. n. 17. C. de test. milit. Rimin. in d. l. sicut certi nu. 4. & dicit Alexand. in d. l. sicut certi nu. 14. quod ita commun. concluditur. Hanc etiam dicit esse communem opin. Alexand. consil. 161. nu. 1. l. 2. Si vere filius in potestate patris constitutus sit in testamento prateritus, five prateritio facta sit cum infertione causæ, five sine, semper testamentum est ipso jure nullum, ut dicit gloss. in d. §. exheredatus, superius allegata: & est communis conclusio, ut ait Curt. jun. in d. Auth. ex causa n. 37. & in d. Auth. non licet. n. 14. C. de liber. prater.

Bene verum est, quod hoc ultimum non procedit in (e) milite. In illo enim est speciale, ut possit filium cum causa praterire: & talis prateritio pro exheredatione habetur; si vero praterat sine causa, etiam testamentum militis annullatur. Et hæc est commun. opin. ut dicit Jas. in l. si cum vel in utero, quam legit cum l. præced. post num. 8. vers. Quid tenendum. C. de testam. milit. Dec. in d. l. si cum vel in utero. nu. 5. Ripa in leg. centurio, post num. 43. ff. de vulg. Utilitas autem, quæ resultat ex hac questione, an scilicet competat jus dicendi nullum; vel bono-

rum possessio contra tabulas, potest esse maxima: quia jus dicendi nullum durat 30. ann. ut dixi infra lib. 7. §. præscriptio. Contra tabulas autem durat solum per annum, ut est in jure justissimum. Neque prædictis obstat, quod jure hodierno sublata sit differentia emancipationis, & patriæ potestatis, quia licet sublata sit ab intestato, non tamen est sublata ex testamento, ut supr. lib. 2. §. filius.

4 Sed quid (f) in filiis naturalibus? nunquid si sint prateriti, vel injuste exheredati, poterunt dicere testamentum nullum, vel contra tabulare? (g) Respond. quod non, quia filii naturales non admittuntur contra voluntatem patris. Ita dicit gl. in l. 1. in princ. in verbo, Naturales. ff. de bon. possess. contra rab. quæ est communiter approbata, ut attestatur Natta in repet. d. §. ex imperfecto. nu. 72. in fi.

5 Sed quero, quid in filio (h) legitimo, nunquid etiam illius prateritio testamentum redatur ipso jure nullum? Respond. quod sic, ita dixi infra q. 84.

6 Item quero, quid in filia femina? Resp. quod etiam ipsius prateritio testamentum annullatur. Ita est communis opinio, ut dicit Corn. consil. 62. col. 2. in litera G, lib. 2. Jas. consil. 113. num. 1. lib. 1. est enim jure hodierno sublata sexus differentia. l. maxime vitium. C. de liber. prater. cum sm. Quæ quidem conclusio de plano procedit secundum meros terminos juris communis. Sed quid (i) si ad sit statum excludens filias feminas a successione extantibus masculis, prout est communiter per totam Italiam: nunquid stante hujusmodi statuto, filia praterita a patre poterit testamentum paternum impugnare? Hæc est ardua (h) questio, & quotidie contingens in practica, in qua DD. multa varie loquuntur. Tu vero (i) ommissis disputationibus scias, quod in hoc proposito considerari possunt duo casus. Primus casus est, quando masculi, vel agnati propter quos ipsa femina a statuto excluditur, sunt instituti heredes in testamento paterno: & hoc casu tenendum est, quod talis filia a statuto exclusa, non potest, si sit praterita a patre in testamento, illud impugnare, neque per jus dicendi nullum, neque per bonor. possessionem contra tabulas. Et hæc est magis commun. opin. ut dicit Paul. de Castr. consil. 96. circa princ. lib. 2. Alex. in l. filia dotem. n. 6. C. de collatio. & in l. Gallus. §. & quid si tantum, post n. 16. vers. primo casu, & consil. 47. n. 9. lib. 2. quem refert Dec. consil. 264. col. si in princ. & Vantius de nullit. in tit. si sub n. 20. Arct. consil. 159. post nu. 20. vers. venio ad undecimum. quem refert Dec. consil. 296. n. 1. in fi. Jas. in Auth. novissima. n. 57. C. de inoffic. testa. & in d. l. Gallus. §. & quid si tantum. n. 58. Cæpola consil. civili 53. n. 3. Afflict. decis. 158. nu. 6. Dec. in d. l. filia dotem, nu. 4. & consil. 105. n. 1. Porc. Instit. de exher. lib. §. fin. n. 9. Claud. in d. §. & quid si tantum, post n. 21. Bruu. de statu. excl. femini. in 10. artic. quest. 4. Crot. in rep. d. §. & quid si tantum, nu. 109. Et licet Angel. in d. l. filia dotem, teneat, quod potest filia expectare, quod adita sit hereditas, deinde venire per contra tabulas: tamen illa decisio Angel. communiter reprobat, ut attestatur Dd. supra allegati, & pro hæc commun. opi. duo fundamenta fortissime firringunt, quæ tamen in effectu reincidentur fere in idem. Primo clarum est, quod cui non debetur legitima, non potest impugnare testamentum. Ita communiter tenetur, ut dicit Corn. consil. 40. litera F, lib. 3. Sed filia exclusa a statuto non potest petere legitimam, neque ejus supplementum, secundum opin. magis communem, quam ego etiam tenui supra lib. 1. Ergo &c. Secunde facit, nam jura veniendi contra testamentum communiter regulantur à juribus succeden-

di ab intestato. Ita communiter tenetur, ut ait Corn. consil. 1. col. pen. vers. Et maxime lib. 2. & consil. 199. in lit. D. lib. 3. & est communis conclusio, ut dicit Corn. consil. 62. in lit. D, lib. 2. Qui ergo est exclusus a successione ab intestato, est etiam exclusus a successione contra testamentum. Ita tenent communiter omnes legendo, & consulendo, ut dicit Corn. consil. 126. in princ. lib. 2. Et ita communiter tenent attestatur Imol. in d. §. & quid si tantum. quem refert Corn. consil. 291. in liter. E, lib. 4. Corn. consil. 107. in lit. E, lib. 2. & consil. 116. col. 1. in lit. E, co. vol. & est communis opin. ut dicit Gratius consil. 21. nu. 6. & seq. lib. 1. & in specie de contra tabulas, quod exclusus a successione intestati non possit contra tabulare, ubi est institutus ille, qui est causa exclusionis, dicit communiter concludi Corn. consil. 40. in litera G, lib. 3. & hoc five institutus adiverit, five non. Et ita est communis opin. attestatur Corn. in d. consil. 107. in lit. F, lib. 2. & consil. 209. in litera A, lib. 3. Merito igitur hæc filia, quæ ab intestato non potest venire ad successione, pariter etiam censori debet exclusa a successione contra testamentum: & hic casus minus habet difficultatis. Secur dvis est casus, quando in testamento sunt instituti heredes extranei, non autem illi masculi, vel agnati, propter quos feminas a statuto excluduntur, & hoc casu DD. multum variant. Videtur enim cessare ratio ipsius statuti, quæ est causa familia, & agnationis conservande, ut dixi in loco præallegato, & favor ipsorum masculorum, vel agnationis, ad quorum beneficium est facta dispositio statuti: & ideo multi tenebant, quod dispositio statuti excludentis feminas extantibus masculis, recipiat hanc interpretationem, ut procedat, dummodo illi masculi sint heredes tempore, quo agitur de exclusione ipsarum feminarum, de quo tamen ibi latius dixi. Et hæc opinio prima facie videtur habere in se majorem æquitatem, & illam dicit esse communem Berous in c. Rymnius post n. 237. referens Alexand. & Soc. dicentes, quod illam tanquam veniorem, & magis æquam secuti fuerunt Doct. communiter. Contraria tamen opinio, quod scilicet etiam hoc casu filia non possit impugnare testamentum paternum, aliquando mihi magis placuit, & nonnulli ex Doct. supra allegatis in primo casu indistincte affirmant magis communem opin. Doct. esse, quod non possit impugnare testamentum, neque distinguunt, an masculi sint instituti, vel ne. Statutum enim ad exclusionem feminarum consideravit tantum existentiam masculorum, & sic illa sola sufficere debet ad cas excludendas. Non tamen potest negari, quin passus sit arduus, & periculosus; vide pro resolutione ea, quæ dixi in d. quest.

ADDITIONES.

(a) Filius.] Quid de nepote? Dic, quod testamentum prateritio nepotum est nullum, non obstante clausula codicillari: ut dixi in coll. mea comm. opin. verbo testam. n. 12. GIACH.

Filius est prateritus.] Hic scias, quod sicut est triplex Institutio, ita est triplex prateritio, atque triplex exheredatio. Vide de his per Ang. de Arct. in §. fin. Instit. de exher. lib. Et de testamento nullo ratione prateritionis vide Rim. jun. consil. 78. GIACH.

Testamentum in quo filius est prateritus, est ipso jure nullum.] Quia heredis institutio est caput ac fundamentum totius testamenti, §. ante heredis 24. Inst. de legat. Idcirco convenienter dicitur, testam. tantum, in §. quod filiusfamilias nominatum non est institutus, vel exheredatus, plane inutile esse, ipsoque jure nullum l. 1. ff. de injusto, rupt. irr. fact. testa. l. 2. §. ultim. l. si filius. 8. & l. inter cetera. 30. ff. de liber. & posthu. heredit. instit. l. ultim. circa finem. C. de liber. praterit. & initio sit. Instit. de exheredat. liberor. Eiusque ratio non obscura est: quia liberi, in potestate constituti, suo quodam jure hereditatem parentum sibi vindicant.

vindicant: ita quidem, ut alio, quam heredum titulo, honestius appellari nequeant. Reputantur enim vivo adhuc patre, quodammodo heri, id est, domini rerum paternarum, & patre defuncto, dominium in eos de novo non transfertur, sed continuatur, l. in suis. 11. ff. de liber. & post. heredib. insti. Proinde lex voluit, ut pater iam domini continuationem exheredatione interrumpere, illudque filiofamilias ante nominationem aufert, quam alteri per institutionem tribueret: quod t duo unius rei domini vel possessores in solidum esse non possunt. l. si ut certo. 5. §. si duobus. 15. ff. commodat. quod alias hic contingeret. Nam & filius esset rerum paternarum dominus auctoritate legis. d. l. in suis. 11. ff. de liber. & post. hered. insti. §. sui autem. 2. vers. sed sui quidem. Insti. de hered. qual. & different. & item extraneus a patre institutus, tradentibus Nonio nu. 1. Myrsingero nu. 4. & Vultejo nu. 15. ad princip. tit. Insti. de exheredat. liber. item Michaeli Graffo lib. 1. receptor. senten. §. testamentum. g. 35. nu. 2. Adeo t autem testamentum, in quo filiofamilias neque institutus, neque nominatum exheredatus, sed prateritus est, inutile sine nullum existimatur: ut etiam si alii heredes sint instituti, & filium antrem mori contingat, tamen testamentum non convterte palecat, & nemo hares ex eo casu testamento existere queat, d. insti. vers. adeo quidem. Insti. de exher. liber. d. l. si filius. 7. ff. de liber. & post. hered. insti. Idem t propter titam juris regulam, qua dicitur, quod ab initio non valet: seu vitiosum est, non posse tractu temporis convalescere leg. quod initio. 29. §. l. que ab initio. 210. ff. de regul. juris. l. 1. ff. de regul. Catoriana. HARP.

(b) Inutilia prateritum, &c. Idem dic, si aliquid relictum fit filio, vel filia, alio titulo quam institutionis: quia etiam dicitur prateritus. Vide de his etiam per Dec. in cons. 105. col. 1. per l. ita tamen. §. quis rogatus ff. ad Trebellia. & praterita que tradunt Ang. Bald. Rom. Sig. &c. que haud transcribo, ne margo nimis oneretur. Illos ideo videto. GIACH.

(c) In filio in potestate. Sed quid e converso, si pater fit prateritus vel exheredatus a filio? vide per Ang. de Aret. in §. fin. sub n. 4. Insti. de exhered. liber. HARP.

(d) In emancipato. Vide etiam istam distinctionem totam per Ang. & Aret. in §. sed hac quidem. Insti. de exher. liber. sub nu. 3. GIACH.

Sed quid in emancipato. De liberis emancipatis controversatur: an in t iis jus vetus, quod eos praterite permittit. §. emancipatos. 3. Insti. de exheredat. liber. §. emancipati. 9. Insti. de hered. que ab intest. deser. l. non putavit. 8. §. fin. de bonor. post. contr. rab. cum similib. per novam Justiniani Imperatoris constitutionem, que extat in Novell. 115. c. 3. & in §. sed hac quidem. 5. Insti. de exheredat. liber. sit sublatum? Et licet Bartol. Corr. Cujac. & ceteri communit in auth. ex causa. C. de liber. praterit. Gomef. rom. 1. variat. resol. c. 11. nu. 34. Fernand. Vafqu. de success. creat. §. 20. nu. 2. & 22. Grassus d. §. testamentum, quest. 36. n. 3. alique per Clarum, hic relati, existimant, posse hodie filios emancipatos simpliciter prateritos testamentum jure civili, ad instar suorum, dicere nullum nec iis amplius honorum possessionem necessariam esse: alii tamen rectius concludere videntur: ne quidem legislatione novissima, propter emancipatorum prateritionem, testamentum ipso jure condere: sed per bonorum possessionem contra tabulas illud evocandum, sive rescindendum esse, argu. l. ultim. §. fin. C. de liber. praterit. & l. precipimus. 32. in fin. C. de appellacionib. Eaque de re videantur Viglius nu. 6. ad d. §. sed hac quidem. 5. Insti. de exheredat. liber. D. Collega Boer. class. 3. disp. 3. ab. 17. edit. 2. & Donellus ad d. authen. ex causa. C. de liber. praterit. n. 5. & lib. 6. Commentar. de jur. civ. cap. 13. pag. 10. & seq. ubi accuratissime hanc rem persequitur. HARP.

(e) Procedit in milite. Vide per Ang. de Aret. qui declarat, & distinguit tempora: An scilicet sit in expeditione armorum, in castris, aut haud sit in actu belli, in §. sed si in expeditione. Insti. de exher. liber. GIACH.

(f) Sed quid in filiiis naturalibus. Quod t filii naturales, si sint prateriti, vel injuste exheredati, non possunt dicere testamentum nullum, vel contratabulare, ultra Clarum hic nostrum, docet etiam Michael. Graff d. lib. 3. receptor. sent. §. institutio, quest. 7. n. 5. & d. §. ista. quest. 36. n. 9. Thadeus Pifo lib. 2. variat. resolut. cap. 6. n. 16. HARP.

(g) Vel contratabulare. Idem de filiiis naturalib. tan-

tum emancipatis, qui non admittuntur ad contra tabulas, vide per Ang. de Aret. in §. adoptivi in fin. ubi assignat rationem, Insti. de exher. liber. GIACH.

(h) In filio legitimo. Obiter hic quero, nunquid filius legitimatus, & quoad originem, & quoad honores, & quoad dignitatem, sequatur conditionem patris, qui fecit ipsum legitimari? Quod sic, ex quo legitimatio facit ipsum haberi in omnibus pro legitimo: habetur per Ang. de Aret. in §. sed si quis, sub n. 3. Insti. de jur. person. GIACH.

Sed quero, quid in filio legitimo. Quod t filii legitimi prateritione testamentum ipso jure comat, inde patet, quod legitimatus a ceteris legitimis, & naturalibus simul nihil differat. l. cum quis. 10. in fin. C. de naturalib. liber. Novell. 12. cap. ultim. in fin. C. de natur. lib. liber. Novell. 12. cap. 9. §. 1. & cap. 1. in princip. ibi, nihil diffinit legitimis, &c. cap. 1. §. cap. tanta. 6. ext. qui filii sint legitimi. Atque ita communiter Doctores sentire, post Clarum nostrum infra questio. 84. alioque ab eo laudatos, testantur Fernandus Vafqu. de success. creat. §. 20. nu. 18. Grassus d. §. testamentum g. 36. nu. 10. & q. 77. numer. Gail. lib. 2. obser. 11. nu. 21. & obser. 46. numer. 4. Fachineus lib. 4. controvers. jur. c. 3. & docuimus in §. adoptivi, d. n. 2. & seq. Insti. de exhered. liber. HARP.

(i) Sed t quid, si adste statutum excludens filios feminas a successione. De hac questione, post Clarum hic nostrum, & ab eo citatos, vide latissime differantem Michaelen Graffum c. §. testamentum, quest. 36. n. 7. & seq. nec non Thad. Pifon. d. lib. 2. var. resolut. cap. 6. n. 5. HARP.

(k) Hac est ardua questio: Vide de ea per Dec. cons. 105. in 1. dub. ubi tenet testamentum nullum esse, in quo filia in potestate praterita fuit: & de ista communi dixi etiam in collec. mea commun. op. n. in verbo testamentum, n. 4. Adde, quod testamentum prateritione nepotum videtur nullum, non obstante clausula codicillaria. Commune etiam dixi, ibid. nu. 12. & num. 13. magis communem etiam dixi, quod testamentum nullum prateritione filii sustinetur in vim fideicommissi, per clausulam codicillarem. Et n. 35. communem similiter dixi, quod testamentum materum defectu prateritionis haud reddebatur nullum ante jus Authenticorum. Hodie vero quid: vide inf. q. 47. GIACH.

(l) Tu vero. Distingue clarius totam hanc questio. an statutum filiam suspensive, donec exulat masculi, vel peremptorie excludat. Item an masculus factofactoris, ut puta qui exheredatus, vel factio legis, quia incapax ad successorem non admittitur, insuper utrum existentia filiorum, qui necessario sunt instituendi, vel proximorum agnatorum, quos impune licet praterite, filiam repellat, de quibus omnibus, & aliis vide locupletissime Gabr. rit. de stat. concl. 4. GOVEAN.

QUESTIO XLIII.

SUMMARIA.

EX CLARO.

- 1 Testamentum in quo filius est prateritus, an sit nullum etiam de jure pratorio.
- 2 Et an sit ipso jure nullum, priusquam impugnetur a filio pratorio.
- 3 Et quid si filius ipse prateritioni consentiat.
- 4 Et nunquid hac approbatio prejudicet alteri ex filii, qui forte in minori parte fuerit institutus.

EX ADDITIONIBUS.

- 1 An testamentum, in quo filius prateritus est, sit nullum etiam de jure pratorio.
- 2 Quatenus appellatio a sententia lata, tendat ad rescindendam sententiam.
- 3 Nunquid institutus possit impugnerare testamentum, nec exspectare teneatur, quod prateritus impugnet, etiam si prateritus sit emancipatus.
- 4 An & quatenus filius prateritus, approbans testamentum, prejudicet filio instituto.

Nunc prosequendo materiam; Quero, an hac conclusio, que habet, quod testamentum, in quo filius reperitur prateritus, est nullum, habeat locum non solum jure civili, sed etiam de jure pratorio? Respon. Gloss. in multis locis tenuit, quod hujusmodi testamentum valeat de jure pratorio. Sed in contrarium (a) est magis communis opin. ut dicunt Scribentes in d. l. posthumo. C. de contratabul. & in specie Jas. n. 29. & Dec. n. 11. & Curt. jun. n. 50. & seq. & Zuccar. n. 114. Neque obstat, quod de jure pratorio adversus tale testamentum detur bonorum possess. contra tabul. que est remedium rescissorium: & sic videtur presupponi validitas testamenti, ex quo illud, quod nullum est, rescindi non potest. Quia hoc casu contratabul. datur (b) potius ad declarandum testamentum nullum, quam ad illud rescindendum, & satis dicitur illud de facto rescindere, quatenus de facto processit. Et hoc est communis solutio, ut dicit Curt. jun. in d. l. posthumo. circa nu. 56. Utilitas autem hujus questionis est maxima, quia si testamentum esset validum de jure pratorio, non posset aliquis venire per honorum possess. ab int- statos: puta, Unde liberi, vel similes, nisi prius testamentum rescinderetur, secus autem presupposito, quod testamentum est invalidum de jure pratorio, non posset aliquis venire per honorum possess. cum qua etiam ego transeo, licet Doctores multa disputando congerant in d. l. posthumo, que in practica parum, vel nihil valent.

Successive quero, an tale testamentum in quo filius reperitur prateritus, sit ipso jure nullum, antequam (c) impugnetur ab ipso filio praterito? Respon. quod sic: & est communis opin. ut dicunt Scribentes in d. l. posthumo, & in specie Alexan. n. 116. in fin. & Jas. n. 23. & sequenti. Curt. jun. post n. 41. & Rimin. n. 5. & Zuccar. nu. 48. & sequenti. Alexand. in l. si filius qui in potestate. n. 1. ff. de liber. & posthu. Gulielm. de Bened. in 1. parte repei. cap. Raynuius, fol. 191. nu. 96. Utilitas autem hujus conclusionis potest esse maxima, quia si unus ex filiiis est prateritus, & alii inaequaliter instituti, poterit ille, cui minus quam aliis relictum sit, etiam ipso filio praterito tacente, dicere testamentum nullum, & omnia reducere ad causam intestati. Et hoc communis conclusio, ut ait Gulielm. de Bened. in loco preallegato, n. 100.

Sed quid si ipse filius prateritioni consentiat? Resp. distinguendi sunt duo casus. Primus est, quando filius ante conditum testamentum, vel in ipso actu testamenti consentit prateritioni, & hoc casu non obstante ipsa prateritione valet testamentum. Et hoc est commun. opin. ut dicit Jas. in d. l. inter cetera, post n. 11. ff. de liber. & posthumo. Ex quo enim principaliter ob favorem filiorum introductum est, ne a patre in testamento praterentur, conveniens est, ut (juxta vulgares regulas) possint huic favori renuntiare; intelligit tamen, quod valet solum de equitate pratoria, non autem de jure civili. Et ita esse communem opin. attestatur Imol. in d. l. filio pratorio, nu. 60. quod est magni effectus, ut dicam infra statim. Secundus vero est casus, quando antequam conditum testamentum, vel tempore conditi testamenti, filius non consentit prateritioni, sed post conditum testamentum illud approbavit: & hoc casu tale testamentum de jure civili remanet nullum. Nam secundum rigorem juris civilis testamentum, quod a principio est nullum, non potest tractu temporis reconvallescere: sed de jure pratorio secus. Nam ex equitate pratoria, secuta approbatione filii, testamentum ipsum reconvalescit. Ita dicit Bart. in d. l. filio pratorio, num. 29. ff. de injusto rupto, & est commun. opin. ut dicit Imol. in d. l. filio pratorio, num. 56. Claud. in l. 1. §. si. nu. 1. ff. de vulgar. Boer. decis. 66. num. 5. Curt. jun.

in d. l. posthumo, num. 59. & sequenti. Et nota, quia iste est unus ex casibus, in quibus etiam hodie est necessaria honorum possessio. Nam ex hujusmodi testamento, cum reconvaldetur solummodo de jure pratorio, non autem de jure civili, non potest adiri hereditas, sed tantum honorum possessio peti. Et ita voluit communiter Doctor. ut dicit Corn. cons. 31. in liter. P. lib. 2. quod est maximi effectus, ut dixi supra §. bonorum possessio. Faciunt que dixi infra quest. 46. vers. Sed pone: & hac conclusio, quod filius prateritus possit testamentum ipsum approbare, indistincte locum habet, sive in eo sint instituti censu ab intestato, sive etiam extranei, nam utroque casu potest filius illud approbare. Et ita communiter tenetur, ut dicit Imol. in d. l. filio pratorio, post n. 6. Utroque enim casu militat ratio, quod quilibet posse debet favori suo renuntiare, ut supra dixi.

Sed pone: Tu scis, quod filius prateritus de jure civili habet jus dicendi nullum, & de jure pratorio habet honorum possessionem contra tabulas. Scias etiam, quod praterito tacente, potest unus ex institutis, cui forte minus relictum sit, dicere testamentum nullum, ut dixi supra vers. successore. modo filius prateritus approbet testamentum; Quero, nunquid hac approbatio (d) ipsius prateriti sufficit, ita ut non possint amplius contratabulare? Respon. quod non prejudicat quod minus ipsi adhuc possint intertere honorum possessionem contra tabulas ex persona ipsius prateriti. Et hoc est communis opin. ut attestatur Jas. in d. l. posthumo, n. 9. Boer. in d. decis. 96. n. 8. Curt. jun. in d. l. posthumo, n. 61. Statim enim defuncto patre fuit illis jus que situm ad contratabulandum, & sic reducendum omnia ad causam intestati, merito tale jus per ipsum prateritum non potest ab eis avelli. Et licet hac conclusio prima facie videatur aliquantulum dura, tamen in practica non esset ab ea recedendum.

ADDITIONES.

(a) Sed in contrarium est magis communis opinio. Quod t videlicet testamentum, in quo filius est prateritus, sit nullum non solum de jure civili, sed etiam de jure pratorio, adde Thadeum Pifonem, eandem sententiam referentem, & amplectentem, lib. 2. variat. resolut. c. 6. n. 15. HARP.

(b) Datur potius ad declarandum testamentum nullum, quam ad illud rescindendum. Sic t in simili appellatio a sententia lata, tendit ad rescindendam sententiam; l. 1. §. ult. ff. ad S. C. Tertul. ubi Marcianus respondit, pro revocationis remedio, condemnationis extingui pronuntiationem. Hoc tamen procedit, & verum est, quando sententia est valida. At si sententia sit nulla, appellatio non venit ad rescindendum, sed ad declarandum sententiam nullam; uti notat Bart. & alii in l. si expressum. 19. ff. de appellacionib. Jas. in d. l. posthumo, n. 32. C. de bon. post. contr. tabul. hosque citans Thad. Pifo loco preallegato. HARP.

(c) Antequam impugnetur ab ipso filio pratorio. Quod t testamentum, in quo filius est prateritus, sit nullum, antequam impugnetur ab ipso filio praterito, & consequenter, quod institutus possit per se impugnerare testamentum patris, non expectando, quod prateritus impugnet, etiam si filius prateritus sit emancipatus, contra alios defendit Thadeus Pifo d. l. 2. variat. resolut. cap. 7. n. 4. & seq. HARP.

(d) Nunquid hac approbatio ipsius prateriti sufficit. An t & quatenus filius prateritus, si approbet testamentum, prejudicet filio instituto, ita ut ipse bonorum possessionem contra tabulas, beneficio prateriti haberi non possit, post plures alios a se cumulosos, copiose ac dilucide declarat Thadeus Pifo modo allegato cap. 7. num. 6. & subsequentibus. HARP.

QUAESTIO XLIV.

SUMMARI A.

EX CLARO.

Filia dotata instituta sola dote sua, an tanquam praerita rumpat testamentum.

Ex Additionibus.

- 1 Filiafamilias aequae, ac filius, instituenda ad hoc ut praerita non reddat testamentum nullum.
2 An sufficiat, filiam instituere in dote.

Ed hic occurrit alia quaestio. Pone, pater dotavit filiam? deinde condidit (a) testamentum, in quo ipsam filiam instituit in sola dote sua, nunquid talis institutio valebit, an autem filia tanquam praerita (b) poterit impugnare testamentum? Cum enim dos non esset amplius in bonis patris, sed veniret in primis detrahenda, tanquam res alienum, videtur in effectu potius praerita, quam instituta. Contrariam tamen opin. scilicet quod (c) imo possit pater filiam in sola dote sua instituere, tenuit gloss. ordinaria, quae ad hoc semper allegatur, in l. 3. §. sed utrum, in verbo paritio, ff. de minoribus, quae in hoc est communiter approbata, ut dicit Bertrand. conf. 183. post n. 41. lib. 3. in 2. part. Et ita magis communiter concluditur, ut ait Alexand. conf. 177. n. 11. lib. 2. Ita etiam communiter teneri affirmat Imola in c. Raynuitus n. 9. quem refert Joan. Dilect. de arte testandi. tit. 3. cau. 5. n. 2. Alexand. in l. pater filium, in princ. nu. 7. ff. ad l. Falcid. Hanc etiam opin. dicit esse communem Gulielm. de Bened. in 1. part. repet. cap. Raynuitus fol. 171. nu. 11. Alexand. conf. 168. post nu. 11. lib. 2. & conf. 176. n. 13. eod. vol. Guido Papae conf. 63. n. 6. & conf. 98. n. 1. Jaf. in Authen. novissima, nu. 46. C. de inoffic. testam. Berous in cap. Raynuitus. n. 133. & seq. & dicit Specul. de instrum. edit. §. ut autem, vers. Sed super forma, quod ita observatur de generali consuetudine, Subdit tamen glossa, quod cum cautela. illam instruat duodecim imperialibus, una cum dote, ut secundum omnium opin. valeat testamentum: & hoc est iudicio meo tutius. Et ita etiam de facto observari attestatur Bartol. in d. §. sed utrum, in finalib. verbis, quem refert Jaf. in d. Authen. novissima n. 15. Alber. in d. §. sed utrum, n. 4. & §. ubi etiam dicit, quod ita commun. tenetur. Et ita servando evitabis omnes difficultates.

ADDITIONES.

Enid condidit testamentum. Hic cadit pulcherrima dubitatio: nunquid stante statuto excludente filias dotatas quamdiu superse masculus, si pater condidit testamentum, & instituit filium masculum heredem, filiam autem dotatam praeritam: an mortuo filio instituto, filia uti praerita poterit dicere testamentum nullum: quod sic, communem dixi in collect. mea commun. opin. in verbo, statutum, sub n. 40. ubi etiam masculus institutus haud potest adire hereditatem patris ex testamentum, pendente dubio rupti testamenti. Idem neque filia si moriatur vivente patre non transtulit jus succedendi, stante praedicto statuto. GIACH.

Praerita. Et quod testamentum, in quo filia vel nepis est praerita, sustineatur, quoad omnia in ipso testamento disposita, heredum institutione excepta, etiam respectu praetorum relictorum heredibus institutis, communem dixi in collect. mea commun. opin. in verbo, testamentum nu. 27. Item quod filia praerita existentibus masculis, licet haud possit dicere testamentum nullum: tamen deficientibus quod possit, communem dixi in collect. mea commun. opin. in verbo, filia, n. 4. Item quod filia dotata a statuto exclusa per agnatos masculos, si sit praerita, quod haud possit dicere testamentum nullum, neque petere bonorum possessionem: communem, & magis communem dixi ibid. n. 8. verum quod rumpat testamentum, quando extraneus est institutus, communem dixi ibid. n. 19. GIACH.

Quod imo possit pater filiam in sola dote sua instituere, &c. Filiafamilias aequae, ac filium, instituendam esse ad hoc, ut praerita non reddat testamentum nullum, communis opinio est, testante Claro nostro supra q. 42. num. 6. Michaeli Graffio lib. 1. recept. v. sentem. §. testamentum. q. 36. num. 5. Idque locum habet non solum in filia soluta, sed etiam maritata, dotata, & vidua. Nam & illam instituendam esse Eltem in dote data, post Clarum hic nostrum, & ab eo citatos, tenent Graffius d. quest. 36. num. 6. & Thadeus Pifo lib. 2. variar. resol. c. 6. num. 4. Pleaque tamen tutius esse existimant, si ultra dotem in aliquo modico, puta in quinque solidis, filia instituatur, quod latus persequitur Johannes Dilectus Duran. in tract. de arte testandi, tit. 3. cautel. 5. num. 2. HARPR.

QUAESTIO XLV.

SUMMARI A.

EX CLARO.

- 1 Testam. annullatur etiam praeritione filii posthumum.
2 Et quid si posthumus ipso vivo testatore decedat.
3 Et quid si nascatur in sexto, vel octavo mense.

Ex Additionibus.

- 1 Posthumus haeres necessario instituendus, ne testamentum illius praeritione rumpatur.
2 Ratio dubitandi.
3 Ratio decidendi.
4 Quid si posthumus vivo testatore decedat.
5 Et quid, si tempore illegitimo nascatur.
6 Et quid, si exsecro matris utero sit edivus.
7 Mens, & intellectus l. anniculus, 132. §. ultim. si de verb. significat.
8 Conditio in forma specifica debet verificari.

Tat ergo ex supradictis firma conclusio, quod testamentum, in quo filius in potestate reperitur (a) praeritus, est ipso jure nullum: quae quidem locum habet, non solum in filio, qui tempore conditi testamenti jam natus esset, sed (b) etiam in posthumo, scilicet in eo, qui tempore conditi testamenti nondum erat natus, vel testator ignorabat cum natum esse, vel putabat eum esse mortuum, & in hoc nulla est inter Doctores controversia.

Sed pone, (c) quod hujusmodi posthumus vivo testatore decedat, nunquid adhuc testamentum propter illius praeritionem crit nullum? Resp. quod de rigore juris civilis testamentum remanet nullum, sed de aequitate praerita reconvalet. Text. est in l. posthumus, ff. de injusto rupto, & est communis opin. (d) ut dicit Imol. in d. l. posthumus n. 2. & in d. l. filio praerito, post n. 60. & nu. 63. quem refert Corn. conf. 176. in littera L. lib. 2. Jaf. in leg. si quis eum, §. si suo testamento, nu. 8. ff. de vulga. Et ex hoc sequitur, quod ex hujusmodi testamento non potest adiri hereditas, sed tantum peti bonorum possessio, si firmiter communitur omnes, ut dicit Corn. in d. conf. 176. in littera L, in fi. quod nota, quia est unus ex casibus, in quibus etiam hodie est necessaria bonorum possessio. Faciunt, quae dixi supra quest. 43. vers. Sed quid si ipse.

Sed quid, si iste (e) posthumus nascatur in sexto, vel octavo mense, nunquid eius nativitate rumpatur testamentum? Respond. quod non, (f) talis enim filius naturaliter vivere non potest. Ita determinatur a Doctoribus magis communiter, ut dicit Socin. jun. conf. 35. num. 12. & seq. lib. 2. merito non rumpit testamentum. Est enim vera juris conclusio, quod filius, qui, licet natus sit, naturaliter tamen vivere non potest, non rumpit testamentum. Et hanc dicit esse communem opin. Socin. jun.

Liber III. §. Testam. Quast. XLVI.

in d. conf. 35. num. 15. Sic enim videmus, quod partus immaturus, & qui secundum iudicium obstetricum non potest vivere, habetur pro non nato, & ei succedi non potest, secundum magis communem opin. ut dicit Crav. conf. 210. nu. 5. Eademque ratione hujusmodi partus immaturus, qui secundum iudicium obstetricum vivere non potest, non excludit substitutum, neque facit deficere conditionem fideicommissi. Ita communiter tenetur, ut dicit Socin. conf. 275. num. 2. lib. 2. quem refert Paris. conf. 56. nu. 9. lib. 2. Hanc etiam dicit esse communem opin. Socin. in leg. cum avus nu. 110. ff. de cond. & demonstr. quem refert Cravet. in d. conf. 210. nu. 6. Et dixi secundum iudicium (g) obstetricum: quia in hoc an partus naturaliter vivere potuisset, vel non, standum est iudicio ipsarum obstetricum, tanquam peritarum in arte; ut dicit Bartol. in l. Gallus in princip. in finalibus verbis, & est communis opin. ut attestatur Paris. in conf. 56. nu. 11. & n. 22.

ADDITIONES.

(a) P Reteritur. De quest. ista, quando pater filium in potestate praerit cum infertione causa legitime, an hoc casu testamentum sit nullum? vide per Jac. de S. Georg. Auth. non licet C. de lib. prator. n. 17. GIACH.

(b) Sed etiam in posthumum. Posthumum haredem necessario esse instituendum, ne testamentum, si nascatur, eius praeritione rumpatur, communis, & indubitata conclusio est §. posthumus, l. Instit. de exheredat. liberor. posthumus 3. ff. de injusto rupto. sic. testam. l. 2. §. 3. C. de posthum. hared. d. instit. Et notant, post Clarum nostrum, Michaeli Graffio lib. 1. recept. sent. §. testam. qu. 36. n. 16. Thadeus Pifo lib. 2. variar. resol. c. 6. n. 10. Videtur tamen poterat: posthumum 2. institui non posse: propterea quod testamentum est certa voluntas, & iudicium defuncti, l. 1. §. 1. qui in testamento. 14. ff. qui testam. fac. poss. At posthumus videtur persona esse incerta: proindeque non recte institui posse. Sed 2. ratio decidendi, cur posthumus institui queat, haec est: quia in jure posthumus, sive is, qui in utero est, pro jam nato habetur in iis, quae ad ipsius commodum pertinent, l. qui in utero, 7. §. 26. ff. de stat. homin. l. cum quidam. 39. §. 1. versic. quoniam mortis ff. de aeq. vel onit. hared. l. quod dicitur, 211. ff. de verb. sign. HARPR.

(c) Sed pone quod hujusmodi posthumus. Adde videndos, post plures alios, quos citant, Anton. Gomez. rom. 1. variar. resol. jur. civ. c. 11. n. 14. versic. quartus effectus, &c. Graffium d. §. testamentum, q. 3. n. 18. & Pisonem d. c. 6. n. 11. HARPR.

(d) Est communis opin. Adde communem etiam per Socin. in conf. 75. colum. 4. lib. 3. & dixi in collect. mea commun. opin. in verbo, posthum. sub n. 1. GIACH.

(e) Sed quid, si ipse posthumus nascatur in sexto, vel octavo mense. Quod posthumus non rumpat testamentum, si nascatur tempore illegitimo, ita ut certum sit, eum naturaliter vivere non posse, praeter Clarum nostrum, censent Aciatus in l. qui mortui, 129. ff. de verb. signif. Parisius conf. 56. col. 2. Tirac. in l. si unquam 8. in verbo, susceperit liberor, n. 167. C. de revocand. donat. Thadeus Pifo d. lib. 2. c. 6. num. 14. & Graffius d. q. 36. n. 19. At quid, si posthumus exsecro matris utero edivus sit, num rumpat testamentum? Et rumpere constat ex l. quod dicitur, 12. ff. de liber. & posthum. hared. d. instit. §. l. 1. §. si qua praeritio, 9. ff. unde cognati, & tradit Decius in l. posthumus, 2. C. de honor. possess. contra tabul. Nec t. huic contrariatur l. anniculus, 132. §. ultim. si de verb. significat. ubi dicitur, falsum esse, eam peperisse, cui mortuae filius exsecro est. Illa namque procedit in eo, cui aliquid esset relictum sub conditione, si talis mulier peperisset. Tunc enim exsecro ipsi ventre, atque inde extracto filio, legatum non consequeretur: quippe quid minime 2. purificata sit conditio, quae in forma specifica verificari debet. l. qui haredes, 44. §. 1. Marcius, 55. ff. de condit. & demonstrat. Pifo d. cap. 9. numero 13. HARPR.

(f) Quod non. Adde, atque vide per Jac. de S. Georg. in l. quod certarum ff. de posthum. hared. instit. Et ibi etiam habes de partu menstruato, qui haud rumpit testamentum. Jul. Clar. Sentent. Praed. Civil. Tom. I.

amentum. Et ille qui habet oculos rostratos, vel faciem versus spatulas, dicitur partus monstruosus & in fin. super glossam verbo, monstrum, concludit, quod aut mulier concepit ex bestia, & tunc talis partus non prodest mulieri: quia imputandum est ei, cum neque etiam talis partus rumpat testamentum. Aut non concepit ex bestia, & tunc partus quantumcumque monstruosus prodest ipsi mulieri, quantum ad consequendum legatum, licet rumpat testamentum. Vide per Menoch. in conf. 284. sub n. 2. GIACH.

(g) Obstetricum. Item quod obstetres cognoscere possint, an partus sit natus in termino, vel non: commune vide per Car. Paris. d. conf. 56. sed post nu. 22. & dixi in mea collect. commun. opin. verbo, obstetres num. 1. GIACH.

QUAESTIO XLVI.

SUMMARI A.

EX CLARO.

- 1 Clausula codicillaris an sustineat testamentum nullum ex causa praeritionis.
2 Et quid si posthumus fuerit ignoranter praeritus.
Ex Additionibus.

- 1 An clausula codicillaris sustineat testamentum nullum ex causa praeritionis.
2 Et quid, si posthumus a testatore fuerit ignoranter praeritus.
3 In testamento militis quae clausula tacita insti.
4 Quatenus legata a posthumo ignoranter praerito non debeantur.
5 Donatio inter vivos potentior fideicommissio.
6 Eadem donatio navitate filiorum revocatur.
7 Sententia l. 1. C. de Codicillis.
8 Paria sunt: codicillos simpliciter facere, & clausulam codicillarem apponere.
9 Testator alienam sobolem suae antepone re voluisse non praesumitur.
10 Sermone generali quid contineri intelligatur.
11 Commune parentum votum quod.
12 Consideratio l. qui iure militari, 7. ff. de testamen. militar.

Quaero: tu scis, quod clausula (a) codicillaris sustinet testamentum nullum in vim codicilli, ita quod haeres, qui succedit ab intestato, censetur rogatus restituere hereditatem per fideicommissum haeredi scripto. Pone, (b) quod in testamento, in quo filius est praeritus, sit inserta clausula codicillaris, nunquid eo casu, non obstante praeritione, sustinebitur testamentum? Respond. gloss. in d. Auth. ex causa, in gloss. si tenet, quod ubi testamentum est nullum ex causa praeritionis, clausula codicillaris nihil operatur. Et hanc opin. gloss. dixit esse communem Signo. conf. 171. nu. 4. & potest esse, quod suo tempore haec esset communis opin. sed si considerentur auctoritates DD. quibus scriperunt usque ad nostra tempora, protulidubio contraria opin. est magis communis: & ideo dicit Alexand. conf. 26. nu. 5. lib. 1. & conf. 142. nu. 4. lib. 2. quod illam gloss. damnant communiter DD. Tenenda (c) est ergo contraria opin. quod scilicet testamentum etiam hoc casu sustineatur in vim codicilli: & quod filius praeritus censetur gravatus virtute clausulae codicillaris, restituere per fideicommissum hereditatem illi, qui est scriptus haeres in testamento, quam quidem opin. sequuntur communiter Scribebaes, ut dicit Paris. conf. 30. n. 11. lib. 3. Et eam dicit esse communem Bal. conf. 391. nu. 4. lib. 3. quem refert Tiraquel. in repet. l. si unquam, in verbo, Donatione largitus, nu. 273. Cuna, conf. 126. circa princ. G. ALEX.